

ritatis equevidem studium, exiguae meae laudi longè anteponam.

Verùm te Dethardingium, quod attinet, sive in posterum probes, sive improbes, privatimque scribas, vel rescribas, eo nihilo plus movebor, quàm si tacueris, quia pro certo scio, te non meliora, nec solidiora, quàm antea, ubi tela tua, ex alienis probe atque graviter instructis pharetris deprompsisti, dicturum.

Quod si etiam aliud publicum paras responsum, facito. Sed jam antè edico: Alium tibi quære parem, qui ad tantas tibi respondeat nugas.

*Tu*

Tecum habita, ac alios ne culpa, deme  
trabemque,

Ipsè tibi, & fugies τὴν πολυπραγμο-  
σύνην.

Vale, mendas atque naevos tuos insignes, in tempore corrige, & cum Phrygi-  
bus demùm sapere disce.

*Ego*

Vela contraho, atque devotâ mente  
veneror, quem,

Adjutorem Habeo DEUM;

Cui Soli sit laus, honor & gloria, in  
sempiterna secula.